



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

Qvinta Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

CONSIDERATIO

QVINTA.

DE CAUSIS EFFICIENTI-

BVS ET FINALIBVS PAS-

sionis & Necis IESV

Christi.



Vandoquidem haecenus a-
bis declaratum fuit, quod
esset persona, qua in sacrati-
ma Passione, de qua hoc agi-
mus, passa fuit: & simul, quales quo-
tosq. cruciatus & dolores illa sustu-
rit: reliquum est, ut videamus quae
causa horum tormentorum. Nam
Philosophus recte docet, causarum quo-
rumcunque cognitio, in ipsius rei na-
tiam nos prompte deducit: ac propter
perspectus Passionis huius causas, plenius
& integrior de eiusdem Passionis exten-
sione & magnitudine notitia habetur.
Et quoniam de causis materialibus
& formalibus, quae à persona & tormen-
tis non distinguuntur, satis superius
superioribus considerationibus agimus.

In lib. poste-
rior.

fuit: in sequentibus capitibus breuiter de causis efficiētibus & finalibus huius Passionis tractabimus.

DE CAUSIS EFFICIENTIBVS PASSIONIS ac mortis Christi.

CAPVT I.

PRAESUPPOSITO eo, quod Christus vere mortuus fuit, indubitata fide tanquam Fidei articulus credendum est, videlicet IESVM Christū Redemptorem nostrum vera morte defunctum fuisse, iuxta vnanimem Euangelistarum assertionem, & illam B. Pauli Apostoli sententiam. Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. in praesenti capite indagabimus & expendemus causas, quae aliquo modo ad hanc mortem cooperatae fuerunt: quae secundum D. Thomae doctrinam, duorum sunt generum: primum genus earum est, quae directe mortem Christo intulerunt: ad quam pertinent persecutores, iudices, falsi testes, carnifices, ministri, tormenta, & alia his similia, de quibus sufficienter in superioribus tractatum fuit: alterum genus earum est, quae indirecte ad eandem mortem con-

Christus vere mortuus fuit.

Matt. 27.
Ma'c. 15.
Rom. 5.

3 par. q.
47. art. 1.
Quot fuerint causae necis Christi.



currerunt, & aliquomodo illius causae cre-
titerunt, quatenus eam non impedie-
runt, vel alia ratione aliquam in illa po-
tem habuerunt. Nos igitur in praesentia
pate de his posterioribus tantummodo
gemus, illasque ad ternarium numerum
redigemus, ut primam Patrem, secundam
ipse Filius, tertiam Diabolus seu Luciferus
constituat.

I. Atque ut à prima ordiamur: **C**ONSIDERA Christiane Lector obligatio-
nem, qua **D**E O Patri deinctus es, pro-
pter singulare hoc beneficium, videlicet
quod tui amore impulsus, vnigenitum
lium suum ad Passionem & mortem tra-
diderit: quæ, ut perficeretur, ille pro
pua causa, tribus potissimum modis, ex-
titit.

I. *Primo*, quia illam iam inde ab æterni-
te in remedium humani generis, ordina-
do, atq; in Filio suo vnigenito omnes in-
quitates nostras constituendo, tradidit
lum in manus hostium suorum, Iuda-
rum, Herodis, ac Pilati, ut in carne im-
ma & mortali torqueretur ac crucifige-
tur, & hac ratione peccatorum nostro-
rum debita dissolueret, quemadmodum

Isai. 53. **I**saias testatur, inquiens. *Dominus posuit
eo iniquitatem omnium nostrum: Dominus voluit
luit contere eum in infirmitate. Sicut etiam*

DEVS Pa-
ter fuit cau-
sa mortis
Christi.

Illā ab om-
ni æterni-
te ordinan-
do.

Isai. 53.

S. Pe-
decla-
ctis A-
& di-
adue-
quem
& pop-
consi-
que
tia,
cruce
tantu
diuin
ad fa-
inqu
sti, qu
Iuda
tioni
impie
est, qu
uerun
Se
lio a
mini
prop
suo i
mort
per
est d
D E V
S. Pe-

CONSIDERATIO V. 401

S. Petrus Apostolus, vti suprà notauimus declarat, loquens cum DEO Patre, in Actis Apostolorum de diuino hoc decreto, & dicens. *Conuenerunt verè in ciuitate ista aduersus Sanctum puerum tuum IESVM, quem vnixisti, Herodes & Pilatus cum gentibus & populis Israël, facere que manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.* Huc quoque facit illa Beati Leonis Papæ sententia, qua docet, venerandam esse Christi crucem, quia non casu vel à Iudicibus tantum inuenta fuerit, sed à DEO in diuino consistorio suo decreta, atque ad salutem nostram ordinata. *Non est, inquit, dilectissimi, erubescenda crux Christi, qua de virtute est diuini consilij: nihil tibi Iuda gratia, nihil vobis Iudai debemus: saluationi quidem nostræ, non hoc vobis volentibus, impietas vestra seruiuit, & per vos factum est, quicquid manus DEI & consilium decreuerunt fieri.*

Act. 4.
Serm. 5. de Pasch.

Secundò, quia inspirauit eidem Filio ardentissimum patiendi & pro hominibus moriendi desiderium: nam propterea ipse cum Patre de aduentu suo in mundum, ad humani generis, morte sua, redemptionem, loquens, ait per Prophetam. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: DEVS meus volui, & legem tuam in me-*

2.
Inspirando filio desiderium moriendi.
psal. 39.

dio cordis mei; vel vt alij legunt: In viscerum meorum. Quod perinde est ac si dixisset. Principium & summa totius scripturæ in eo consistit, vt faciam voluntatem tuam, quæ est, vt ego pro salute hominum sanguinem & vitam meam profundam: quod sicut prompto ac libenti animo suscepi, ita eodem quoque animo adimplebo, quia mandatum hoc tuum, totum intra viscera mea recondidi, vt summo studio & alacritate illud perficerem.

Isai. 53.

Nec minus declarat hanc inclinationem & promptitudinem Christi, in exequenda Patris voluntate, quoad redemptionem humani generis, illud Isaiæ. *Voluntas Domini in manu eius detinetur.* vel vt vertunt septuaginta, *Dominus in manu eius.* Quæ versio habet vim siue sententiam: quod mirum adeo promptè & hilariter Christus omnia, quæ ad hominum salutem spectabant, iuxta Patris iussionem adimplebat, vt videretur quodammodo Patris voluntatem in manibus suis habere: imò, ipsæ manus erant instrumentum Paternæ voluntatis, ac propterea tanta cum promptitudine eandem voluntatem Christus perficiebat, vt non tam citò Pater voluntatem suam

circa opus redemptionis nostræ declara-
ret, quam ille eam exequeretur: adeo vt
nulla videretur esse differentia siue di-
stantia voluntatis à Patre insinuatæ, ab
ipsa operatione, ac proinde conuenien-
ter dici poterat. *Vult Dominus in manu
eius.*

Cùm igitur desiderium hoc aded ar-
dens in Christo esset, mirum non est,
quod propter assiduam amoris flammam,
qua ad illud impellebatur, dixerit. *Baptif- Luc. 12.
mo habeo baptizari, & quomodo coarctor, do-
nec perficiam illud:* per baptismum intelli-
gens baptismum Passionis.

Hoc sensu intelligit Sanctus Bernar-
dus locum illum Isaïæ non mediocri-
ter obscurum, vbi ait. *Sicut in valle, qua Isai. 28.
est in Gabzon irascetur: vt faciat opus suum,
alienum opus eius: vt operetur opus suum,
peregrinum est opus eius ab eo.* In quæ *Ser. de Pass.*
verba Sanctus Bernardus ita scribit:
*Opus suum, quod dedit ei Pater vt faceret:
& alienum ab eo, vt talis talia sustine-
ret.*

De eodem hoc secundo modo, acci-
pienda est illa Domini sententia, quando
Petrum in horto, ijs qui ad eum compre-
hendendum venerant, resistere paran-
tem, reprehendens, dixit. *Calicem Ioan. 18.
quem dedit mihi Pater, non bibam illum?*

Cc 4 quod

quod perinde est ac si dixisset; Vise o Petre vt calicem Passionis meæ, quem mihi Pater bibendum tradidit, quem que ego ardentissimè hactenus concupiui, refutem, & non bibam?

3.
Quia non
impediuit.

Tertio, extitit Pater causa mortis filii deferendo illum, quatenus nimirum, relinquens illum defendere, & ab hostibus tutari, non defendit, neque ex hostium manibus liberauit, sed in eorum potestate & arbitrio dereliquit, vt in eum omnia crudelitatis & tormentorum genera exciterent: iuxta illud Sancti Pauli. *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Et Sancti Iob. *Manibus impiorum tradidit me Pater meus.*

Rom. 8.

Iob. 16.

Matth. 27.

Lib. de grat.
noui testam.

Zach. 3.

Idem Christus ipse affirmat, verbis lachrymabilibus, quæ in Cruce protulit, dicens: *DEVS, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* quod secundum Sancti Augustini interpretationem perinde est ac si dixisset. Cur o Pater, in manibus hostium meorum me dereliquisti? In hoc autem adimpleta fuit illa Zachariæ prophetia, in persona Dei promittentis dicentis. *Ecce ego calabo sculpturam eius, & auferam iniquitatem in die vna.* Quæ perfecta fuit, quando Christus verus lapis in Passione sculptus fuit, atque in

clauo

clauorum & lanceæ scalpello, vulnera cæ-
lata fuerunt. *Istum lapidem* (inquit sanctus
Hieronymus locum hunc explicans) *cla-*
uis, cruce, & lancea militis faciem vulne-
rari.

*S. Hieron. in
comment. in
Zachariam.*

CONSIDERA igitur omnibus hisce
modis, DEVM Patrem fuisse aliquo mo-
do causam mortis Christi: ex quo manife-
stum fit, quanta cum ratione Saluator di-
xerit. *Ego sum vitis, & Pater meus agricola est.*

*Cur Christi
Vitis, & Pa-
ter agrico-
la nomine-
tur.*

Ioan. 15.
quia Pater æternus quantum in ipso erat,
sacram hanc vitam exactissimè putauit, vs-
que adeo etiam vt vitam illi ademerit: ve-
runtamen sicut in modo, ita quoque in fi-
ne, multò aliter DEVS operatus est, quam
operati fuerunt iudices & alij, qui ad mor-
tem Christi concurrerunt: Etenim sicut
agricola, putat vineam non vt corrumpat
vel destruat, sed vt feraciorem reddat,
ætateque adueniente, pulchriorem de se
speciem præbeat: ita DEVS Pater dum
mortem Filij ab æterno ordinauit, dum
eidem Filio flagrans pro homine patiendi
ac moriendi desiderium inspirauit, dum
passionem illius non impediuit, omnia
hæc ad maiorem gloriam suam & nostram
utilitatem fecit: Contra verò ad ministri
mortis illius, nihil aliud sibi propositum
habuerunt, & spectarunt, quam vt vitem
& nomen illius omninò destruerent at-

Cc 5 que

Ierem. 11.

que delerent: nam ipsorum sunt verba illa
quæ apud Ieremiam legimus. *Eradamus
eum de terra viuentium, & nomen eius non
memoretur amplius.*

II.

Christus ipse
fuit mortis
sua causa.

3 part. q. 41.
art. 1.

Libr. 4. de
Trin. cap. 13.

*Ioan. 10.**Ierem. 12.*

SECUNDA causa, fuit ipse Filius, IESU
Christus Dominus & Seruator noster, qui
ob ingentem, quo nos cõplectebatur amo-
rem, concurrat eatenus ad mortem suam,
D. Thoma affirmante, quatenus eam non
impediuit, cum posset illud cõmodè face-
re, vel impetum & ferocitatè hostium suo-
rum reprimendo, vel, vti S. Aug. ait, natu-
ram sanctissimæ carnis suæ ita cõseruando,
vt à nulla re nocumenti quicquam posset
accipere. Hoc sensu accipiendi sunt illi mo-
di loquendi à Christo Seruatore nostro cir-
ca mortem suam vsurpati: vt cum ait: *Ego
pono animam meam, & nemo tollet eam à me,
sed ego pono eam.* Et per Ieremiam. *Dedi di-
lectam animam meam in manu inimicorum.* nã
ita mortè subibat, vt si voluisset, eam im-
pedire potuisset: & quatenus id non fecit,
eatenus non dicitur indirectè mortis suæ
causa extitisse.

Lib. de van.
idolorum.

Quod autem Saluator hac ratione ne-
cis suæ causa fuerit, plurimis sanctorum
Patrum auctoritatibus confirmatur. Hinc
namque sanctus Cyprianus de Christo ait.
*Crucifixus prauento carnificis officio, spiritum
spontè dimisit.* Et S. Chrysoftomus idcirco
affir-

affirmat Christum contra omnium morientium consuetudinem, elata voce clamantem animam exhalasse, ut se spontaneè mori declararet. *Ea propter*, inquit, *voce magna clamavit, ut ostenderet, sua totum id fieri potestate*: Et Eusebius Cæsariensis rationem reddens clamoris Christi in Cruce paulò ante spiritus emissionem ait: *Cùm altius vocem emisisset, solutus à corpore abiit, neutiquam expectans, dum mors ad ipsum accederet, sed illam cunctantem & veluti cessantem, ac potius conijcientem se in pedes & fugitantem; ipse à tergo insequitur*. Et multò apertius sanctus Paulus Apostolus idem mysterium declarat his verbis. *CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam DEO in odorem suauitatis*. Et Isaias dicens. *Oblatus est quia ipse voluit*.

Cur Christus in Cruce moriens clamauerit.

Hom. 89. in Matth.

Lib. 4. Evangel. demonstr.

Ephes. 5.

Isai. 53.

TERTIA causa, quæ ad necem Christi Domini nostri concurrat, fuit Lucifer: non quod absolutè Christum pro suo arbitrio posset cruciare & interimere: sed quoniam collata ei potestate & facultate id agendi, à Domino dicente. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*: operam dedit ut per homines sceleratos & impios, odium suum immanissimum, in **CHRISTVM**, quod multo tempore

III.

Lucifer concurrat ad mortem Christi, & quomodo.

Luc. 22.

cela-

celauerat, & quo impulsus illum delere
atque è mundo tollere desiderauerat, in
eo expleret.

Diabolus sci-
uit Christum
esse Messiam
in lege pro-
missum.

SS. Ambros.

Aug. Gregor.

Chryf. Beda,

S. Thom. &

alij.

Lac. ibid.

Ioan. 12.

CONSIDERA igitur quomodo dia-
bolus non ignorans Christum esse verum
Messiam in lege promissum, vt nonnulli
ex sanctis Patribus & Ecclesie Doctoribus
affirmant, & probari potest ex confes-
sione ipsius apud Marcum & Lucam vbi ait
*Quid nobis & tibi IESV Nazarene, venisti
perdere nos: scio qui sis, sanctus DEI.* Quod
etiam paulò post S. Lucas confirmat di-
cens. *Exibant demonia clamantia & dicebant
quia tu es Filius DEI: & increpans non su-
bat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.*
Quæ verba manifestè ostendunt, diabo-
lum cognitum habuisse, Christum esse ve-
rum Messiam: id igitur probè sciens, &
præterea videns detrimenta ingentia, quæ
à Christo accipiebat, à quo innumera ani-
mæ è faucibus illius eximebantur, ipseque
à possessione humani generis, in quam se
intruserat, paulatim depellebatur: iuxta
illud: *Nunc iudicium est mundi, nunc Prin-
ceps huius mundi eijcietur foras:* memor quo-
que veteris odij sui, quo persecutus fuerat
hunc Dominum, quando eum suscipere &
adorare nolens, è cælo exturbatus, & ad
sempiternas gehennæ flammæ condem-
natus fuit, vt nonnulli SS. Patrum vo-
lunt.

lunt: omnibus viribus laboravit, vt ei vita adimeretur, instigans Iudam vt traderet; Pilatum vt condemnaret; Iudæos vt crucifigerent.

In hunc sensum intelligit Rupertus Abbas verba illa, quæ Christus dixit apud Ioannem: *Ille homicida erat ab initio*: quia diabolus iam inde à principio creationis, dum similis DEO esse concupiuit, simul etiã illum hoc honore verbi, quod solum erat vera similitudo Patris, spoliare tentauit: quod cum facere non potuisset Verbo quatenus DEVS erat, procurauit vt ei homini factò, fieret: vnde concludit supradictus Abbas. *Vnum homicidium reputatur, quod à patre mala voluntate inchoatum, maligno per filios odio consummatur.*

Rupertus
Abbas.
Ioan. 8.

Quamuis autem sanctus Paulus Apostolus dicat: *Si cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent*: propterea tamen non sunt hæc verba, illis quæ supra dicta sunt, contraria.

1. Cor. 2.

Primum, quia possumus ea sic intelligere, vt Apostolus non loquatur de demonibus, sed generatim de Principibus, Iudæis, & alijs mundi huius Dominis, qui non cognouerunt Christum, qualis esset.

Cum orig.
Tert. Chryf.
Hieron. &
alijs.

Deinde, etiamsi accipiamus sanctum Paulum

Cū S. Ambr.
S. August. S.
Gregor. &
alijs.

Paulum ibi de dæmonibus locutum fuisse
se possumus nihilo feciùs dicere: imò
dicendum est malignos spiritus in hoc
mysterio Passionis Dominicæ illud igno-
rasse, quod per eam reparandum esset
genus humanum, & imperium illorum euen-
tendum: quodque omnia hæc ad ma-
rem DEI gloriam & honorem redun-
tura essent: quod si cognouissent, ne-
quam necem illius procurassent, sed po-
tius impediuisent: Hinc D. Thomas
Non ideo demon Christum Iudeis crucifige-
persuasit, quia filium DEI non esse putavit, sed
quia se morte illius non prauidit esse damnum
dum.

In Luc. c. 4.
Et in cap. 1.
Marci.

Neque mirum est, quod dæmones
sciret nouissent, Christum esse verum DEI
filium, nihilominus eum persequi & re-
ci tradere non desierint: quia, vt re-
demonstrat Caietanus in Diu. Pauli lo-
cum paulò antè citatum, tam implacabile
est odium, quod habent in DEO, ut
vt non modò, cunctas res diuinas, si
permitteretur, euertere atque destrui
cuperent, verumetiam DEVM ipsum
possent.

Cardinal.
Caietanus.

IV.

AD EXTREMVM considera: ad
hoc efficientium causarum genus referri
posse illa peccata, quæ fuerunt particu-
cularia incitamenta siue motiua
Cris-

Particularia
quorundam
peccata fue-
runt quoque

CONSIDERATIO V. 411

Christi, qualia sunt: Iudæ avaritia; Scribarum & Pharisæorum inuidia atque ambitio; respectus humanus in Pilato, & alia multa: quæ inter causas efficientes dictæ necis non inconuenienter numerari possent: sed quoniam sparsim varijs in locis huius operis quædam de illis dicta sunt, relinquemus ea piæ contemplationi deuoti Lectoris, & progrediemur ad considerationem causarum finalium: quos videlicet fines CHRISTVS sibi in hac morte propositos habuerit, qui erunt vtilissimi & maximi ponderis ac momenti.

efficientes
causæ mor-
tis Christi.

DE PRIMA CAUSA FINALI
Passionis Christi: quæ est
gloria DEI & sui-
ipsius.

CAPVT II.

CONSIDERATIS efficientibus
causis, necis Christi Seruatoris,
restat vt finales etiam diligenter
expendamus, id est, motiua, quibus ad
illam subeundam impulsus fuit. Quæ li-
cet plurima sint: nos tamen hoc loco de
nonnullis tantum maiori consideratione
dignis agemus: inter quæ præcipuum,
quod

quod mundi Salvatorem ad necem adeo crudelem tolerandam permouit, illud fuit: gloria DEI & honor proprius, quam per hanc mortem acquisiturus erat.

I.

Quid sit dare gloriam DEO, & quomodo id fiat.

CONSIDERA igitur primò, cum non possit intrinsecè ad illam DEI gloriam quam DEVS in seipso habet, aliquid accedere: gloriam DEO dare, nihil aliud est, quam gloriam & bonitatem illius manifestare, & causam præbere, vt ea cognoscatur: quod aliquo modo fit adimplendo in se & in alijs diuinam voluntatem: quia diuina voluntas alia non est, quam vt quilibet creatura perfectissimè operetur illud, ad quod condita fuit: vt hinc ordo admirabilis, & artificium diuinæ providentiæ in vniuerso mundo cognoscatur, & DEVS glorificetur, atque summa cum laude & gratiarum actione exaltetur. Hinc namque Propheta regius dicit, caelos laudare & enarrare DEI gloriam: *Cæli enarrant gloriam DEI.* Hinc quoque idem Propheta omnes creaturas ad laudem DEI iuuat dicens. *Benedicite Domino omnia opera eius.* Quod multò elegantius fit in illo triumphantium cantico. *Benedicite omnia opera Domini Domino, & quæ sequuntur.*

Psal. 18.

Psal. 102.

Dan. 3.

II.

Nobilitas & natura hominis qualis sit.

SECUNDO considera hominem, supra omnes creaturas conditum, taliq; natura dotatum fuisse, vt summam in hoc mundo gloriam DEO tribueret.

Primò

1. *Primò*, quia continet in se omnes alias creaturas, quoniam existit, viuit & intelligit, vti S. Gregorius Papa testatur, dicens, *Omnis creatura nomine, signatur homo. Habet namque commune esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis.* Hom. 29. in Marc.

2. *Secundò*, quia in omni hominis actione concurrunt omnes penè creaturæ, ad vsum & commodum ipsius: dum in corpus illius occulta cælorum virtus influit, terra sustentat, elementa famulantur, & sic de cæteris.

3. *Tertio*, quia idoneus est ad penetrandum ac peruidendum acumine ingenij sui quid ceteræ creaturæ sint & agant: & ad exprimendum in se atque commutandum autum illorum operandi modum, in expressum viuum & rationalem, viuificando illum simili modo, quo anima corpori coniuncta.

4. *Quartò*, quia per lumen naturæ, quamuis imperfectè, deuenire potest in cognitionem Creatoris sui, tanquam autoris naturæ: multo què melius cognoscere potest per lumen gratiæ, eiusdem Creatoris gloriam, voluntatem, & finem, ad quem ab illo cuncta destinata sunt: adeoque benè vtendo libero arbitrio, & eadem gratia opitulante, potest diuinam voluntatem

D d per-

perfectè adimplere, iuxta finem, ad quem conditus fuit: quærendo in omnibus actionibus meram & puram DEI gloriam, & assumendo omni tempore eandem gloriam pro immediata & sola omnium actionum suarum mensura, relinquendo deque omnia, quæ ad hunc finem non faciunt, & omnem repugnantiam, difficultatem & laborem devincendo.

III.

Homo per inobedientiam defraudavit Deum gloria debita.

TERTIO considera, hominem cum dotatus esset à DEO, natura ad dandam DEO gloriam capaci: & vocatus esset ad sublimem hanc perfectionem, quæ est adimplere in se DEI voluntatem, desicisse ab operando in talem finem, & currendo in inobedientiam & peccatum datum fuisse creaturis, ac diuinæ providentiæ ordinem peruertisse; quo factum est, ut summa cum honoris diuini offensâ, defraudauerit DEVM gloria debita.

IV.

Christus in omnibus actionibus suis pro seculo habuit DEI gloriam.

QUARTO considera DEI filium, propterea carnem nostram assumere voluisse, ut in illa humanas actiones efficaciter attamen tales, quarum etiam minima propter summam earum perfectionem possent restituere DEO gloriam & honorem, quo ab homine fuerat defraudatus: adimplendo videlicet in omnibus DEI voluntatem: eamque assumendo pro

do pro scopo & mensura actionum suarum: nam propterea solebat protestari, se non querere gloriam & voluntatem suam, sed Patris: vt apud Ioannem. *Non Ioan. 5. quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Tanta autem erat coniunctio voluntatis eius, cum voluntate Paterna, vt non posset à se quicquam facere, sed quod Patrem prius viderat facientem. Vnde ait. *Amen, amen dico Ibidem. vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quacun- que enim ille fecerit, hac & filius similiter facit.* Vbi considera, si herbarum progerminatio, auium cantus, cœlorum conuersio, & omnes rerum insensatarum & irrationalium motiones, quoniam mensura naturali, à DEO ordinata sunt, summam DEO gloriam tribuunt: multò sine comparatione excellentius eam illi daturam esse minimum opus personæ tam nobilis, vt est Christus: cui spiritus Angelici, cœlorum, elementorum, & totius vniuersi rursus famulatur, non tantum vt homini, verumetiam vt Creatori & Domino omnium? Et si adimplere diuinum beneplacitum, atque obtemperare diuinæ maiestati, iuxta ordinationem ipsius, etiam in minimis & leuissimis rebus,

Quantam
Christus
Deo gloriã
dedit per
suam pas-
sionem.

D d 2 bus,

bus, est magnæ gloriæ DEO: confiden-
quam infinitam gloriam acceperit ab illa
inexplicabili obedientia Christi, non me-
dò obsecundantis in rebus minimis, ve-
rumetiam in maximis & difficillimis, qua-
le est, mortem adeo ignominiosissimam
& durissimam subire. De qua obedientia
S. Paulus Apostolus, magna cum animi ad-
miratione ait. *Factus est obediens usque ad*

Philip. 2.

mortem, mortem autem Crucis. De honore
autem & gloria quam DEVS ex hac Chri-
sti obedientia accepit, intelligi potest li-
lud Isaia. *Servus meus es tu Israel, quia mihi*

Isai. 49.

gloriabor. quod perinde est ac si dixisset
Verus servus meus es tu, ô Israel: quia ex
tuo seruitio, licet vile & abiectum esse vi-
deatur, ego summè glorificabor & exal-
tabor.

Quantam
gloriam
DEVS ex
Cruce eli-
cuerit.

Expende hic tecum, anima fidelis, quam
magnus & potens sit DEVS, qui gloriam
suam elicit, non tantum ex quibusvis re-
bus, verumetiam ex Inferno, dæmone, &
peccato: atque admirandis diuinæ proce-
dentia suæ modis, ex tam horrendo modo
vt est DEI offensa, & ex tot opprobrijs
ignominijs quæ Filius suus in Cruce sustu-
nuit, maximâ & ineffabilia bona, pro glo-
ria & honore suo, nouit eruere: vique
eo vt sanctus Paulus Apostolus dicat, ma-
iorem esse maiorem gloriam, gloria Crucis
sequi

sequē in nullo alio, quam in sola Cruce
 posse gloriari: cū ait. *Mihi autem absit Galat. 6.*
gloriari nisi in Cruce Domini nostri IESV
Christi.

QVINTO considera: sicut honor V.
 & gloria summa DEO tribuitur per ob-
 lationem & sacrificium: nam propterea
 DEVS populum Israeliticum de manu
 Pharaonis tot signis & demonstrationi-
 bus liberavit, vt assidua illi in deserto
 sacrificia offerret, sicut ait per Moysen:
Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in
deserto. Ita Christum quoque voluisse
 semetipsum sacrificare in altari sanctæ
 Crucis ad honorem & gloriam Patris
 sui: quia nullum poterat sacrificium of-
 ferri excellentius, nullum dignius, quo
 DEVS magis honoraretur, & glorifica-
 retur, quam illud quod CHRISTVS
 obtulit, semetipsum in monte Caluarie
 immolans.

Christus sa-
 crificando
 seipsum in
 Cruce sum-
 mam DEO
 gloriam tri-
 buit.
Exod. 5.

Si enim ex sacrificio Isaac, quod sa-
 crificij Christi vmbra tantummodo & fi-
 gura extitit, DEVS tantoperè glorifi-
 catus & exaltatus fuit; quanto maiorem
 gloriam putandum est illum accepisse,
 ex Christi sacrificio, non tantum incoe-
 pto, sed perfectissimè consummato? Vbi
 considera hoc fuisse sacrificium illud iu-

Dd 3 stitiæ,

Psalm. 50.

stitiæ, quod Propheta regius gratum & acceptum DEO futurum esse prædixit: *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ.* non sacrificium hoc erat propitiatorium pro peccatis nostris; & per illud constituebatur pax inter DEVM & hominem. *Ipse est pax & reconciliatio nostra.* ex illo denique omnia alia sacrificia tum præterita, tum futura suam acceptura erant virtutem ac valorem.

VI.

Christus satisfaciendo perfectè pro iniurijs Deo ab homine illatis, dedit DEO gloriam.

D. Thom. 3. sent. 3. part. 9. & 10. Cui stipulantur Concilia & SS. Patres.

SEXTO reuolue tecum, CHRISTVM IESVM sacratissima Passione summè etiam honorasse & glorificasse DEVM, quia per illam pro nostris sceleribus plenè satisfecit: eo quod, DEO ab homine per peccatum offenso, tota humana natura nunquam potuisset ei plenè satisfacere pro hac iniuria, etiam in gratia extitisset. Quod vt melius intelligi queat, aduertendum est, iniuriam, vti superius dictum est, augeri secundum gradus personæ offensæ: cum igitur hic esset offensa summa & infinita DEI maiestas, iniuria illi irrogata erat quodammodo infinita, ac proinde nulla creatura finita poterat ei plenè satisfacere, sed necessarius fuit aliquis, qui simul esset Creator ac creatura, DEVS & homo, vt esset plena, perfecta, & adæquata.

adæquata satisfactio. Considera ergo per
 CHRISTI Passionem, quæ fuit rigo-
 rosa quædam satisfactio iniuriæ DEO
 per peccatum illatæ, restitutum fuisse
 DEO honorem & gloriam, quem ho-
 mo peccando ei abstulerat: vt propter-
 ea Angelo Pastoribus Christi Domini
 Natiuitatem annunciante, rectè cecine-
 rint Angelici Chori: *Gloria in excelsis* LUC. 1.
 DEO, & *in terra pax hominibus bonæ vo-*
luntatis: quasi tum primum potuerit DEO
 gloria dari: quando satisfactioni, iniuriæ
 ipsi illatæ, initium ponebatur.

SEPTIMO, Considera Saluatorem
 nostrum dedecorosa passione sua, non
 tantum DEO summam gloriam & ho-
 norem, sed & sibi met ipsi reddidisse:
 quamuis enim ab instanti conceptio-
 nis suæ, fuerit animæ illius gratis col-
 lata essentialis beatitudo, & alia inef-
 fabilia dona, ac singulares præeminen-
 tiæ: nihilominus alias multas excellen-
 tias, quatenus homo acquisiturus erat
 per merita sua: ad quæ, cum medium
 passionis elegisset, voluit crucem am-
 plecti, quamuis dolorum & amaritu-
 dinum plena esset. Vnde de illo ait Apo-
 stolus: *Proposito sibi gaudio sustinuit cru-*
cem, confusione contempta, id est, pro-
 posita

VII.
 Quantam
 gloriã mor-
 te sua sibi
 met ipsi ac-
 quisierit.

Hebr. 12.

posita sibi gloria & honore, quæ ex morte illius profectura erat, crucem omni pudore postposito, viriliter & intrepide subiit.

Christus
morte sua
totius vni-
uersi mo-
narchiam
promeruit.

Philip. 2.

Considera igitur Christum, quia per obedientiam usque ad flagella, crucem & mortem sese demisit, primum acquisivit se regiam dignitatem & monarchiam totius vniuersi, idque immenso cum honore & gloria sua. Vnde ait Apostolus: *Propter quod & DEVS exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum:* quod peritiae est ac si dixisset, *DEVM* tanto honore Christum sublimasse, quo maior cogitari nequeat, nimirum, ut omnes creaturae caelestes, terrestres, & infernales, ei se inclinent, summamque illi obedientiam & reuerentiam deferant. Hæc dignitas Christi egregie figurata fuit in titulo supra crucem posito: *Hic est IESVS Nazarenus Rex Iudæorum;* iuxta Venerabilis Bedæ expositionem, qui ait. *Monstrabatur iam rui regnum ipsius, non ut ipsi putabant destructum, sed potius augmentandum: titulus enim super crucem eius illud ostendit: quod nec occidendo perficere potuerunt, ut cum Regem non haberent, quare secundum hunc Doctorem, titulus crucis indicat Regnum Christi nulla morte.*

Matth. 27.
Beda in
Matth.

Christus in
Cruce triū-
phat.

te impediri posse, sed potius augeri : quia sicut in triumphis, arcus triumphales erigi consueuerant, in quorum frōte, tituli nomē, patriam, dignitatem, & subditos triūphatoris continentes collocantur: ita quoque videtur huic Regi totius vniuersi, erectus fuisse, in triumpho ipsius de diabolo, morte, & peccato, arcus sanctæ Crucis, cum titulo continente nomen IESVS; patriam, NAZARENVS; dignitatem, REX; subditos, IVDÆORVM:

Expende præterea, quid de gloria & honore quam Christus ex opprobrijs amarissimæ passionis suæ retulit, S. Augustinus dicat: Qui iniurias, quas à ministris Satanae nocte Captiuitatis suæ Christus pertulit, cum fictitiū Regem illum facerent, describens ita inquit: *sic implebantur qua de se dixerat Christus: sic Martyres informabantur ad omnia, qua persecutores libuisset facere perseverando: sic paulisper occultata tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum, non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat: sic illud granum multiplicandū seminabatur, horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria.* Et S. Leo Papa ait: *Post passionem ruptis mortis vinculis, qua vim suam, in eum, qui peccati nescius, incedendo perdiderat, infirmitas in virtutem,*

Quanta gloria ad Christum ex contumelijs, quas in Passione tolerauit peruenit. *Tract. 119. in Ioan.*

Serm. 2. de Ascens. Dom.

tutem, mortalitas in immortalitatem, contumeliam transiit in gloriam: quâ gloriam Christus multis & admirandis signis, priusquam ob victoriam de morte relatam, triumphans cœlos ingrederetur manifestavit.

VIII.

Christus
Passione sua
& morte
sua meruit
agnosci pro
DEO.
Matth. 27.

OCTAVO reuolue tecum Christum modo acquisiuisse sibi gloriam & honorem Regis & Monarchæ totius mundi: rumetiam vt cognosceretur pro DEO. Talem namq; agnouit & confessus fuit Centurio, qui licet Christum in Cruce verum tormētis excarnificatū mori vidisset, nihil fecius DEVM esse confessus est, dicens *Verè filius DEI erat iste*. Quare quando Ioannes in Apocal. ait, Agnum qui occisus fuerat, dignum esse accipere diuinitatem Doctores communiter affirmant, idē habere esse ac si dixisset, Christum per merita passionis suæ promeruisse, vt pro DEO omnipotente agnosceretur, atque omnibus diuinitas illius, quæ sub carne passibili abscondita latebat, manifestaretur.

IX.

Christus
passione sua
acquisiuit
gloriosas
dotes corporis sui.
Luc. 24.

NONO considera Christum per passionem, præterea gloriam corporis sui, id est dotes gloriosas sacratissimæ carnis suæ acquisiuisse: sic namque SS. Patres intelligunt volunt verba illa, quæ Christus apud Lucam dixit: *Nonne sic oportebat pati Christum, et postea intrare in gloriam suam?* quamuis enim nulla esset lex, quæ filium DEI obligaret ad pa-

ad patiendum, vt gloriam suam introiret
 (quia quatenus DEVS, hæc gloria absolute
 ei debebatur, cum æqualis Patri esset: qua-
 tenus autem homo, propter vnionem cū
 Verbo diuino, debebatur ei quoque glo-
 ria animæ & corporis:.) nihilominus vo-
 luit se spoliare gloria corporis, & pro ea
 consequenda, omnia quæ opus esset per-
 peti. Forsitan propterea quoque in sepul-
 chro, panno lineo candido inuolui vo-
 luit, vt demonstraret, per labores & tor-
 menta passionis suæ se peruenturum esse
 ad candorem immortalitatis sacratissimi
 corporis sui. Vnde S. Remigius de hoc lin- *In Matth.*
 teo ait: *Sindon lineus pannus est, linum autem* *cap. 12.*
ex terra procreatur, & cum magno labore ad
candorem perducitur: designatur quia corpus
illius quod ex terra, id est, ex Virgine sumptum
est, per laborem passionis, peruenit ad candorem
immortalitatis.

Has & multas alias excellentias Chri-
 stus Redemptor noster passione sua acqui-
 sivit, quæ omnes, si ritè à nobis perpensæ
 ferint, non poterint non excitare in nobis
 ardens, etiam iniustè & sine causa patiendi
 desiderium, quandoquidem totum
 ad DEI & nostram glo-
 riam redun-
 dat.

DE SE.

DE SECUNDA CAUSA
*nali propter quam Christus passus est
 qua fuit nostra salus & re-
 demptio.*

CAPVT III.

Quid sit
 Redemptio.

Nomine redemptionis tam multa
 possunt intelligi, quot erant seruitutes & iuga, sub quibus ante Saluatoris aduentum oppressum atque afflictum iacebat genus humanum: homo enim non tantum longè aberat à semita salutis, proscriptus à possessione Paradisi, & extra DEI gratiam constitutus: verum etiam dæmoni & æternis gehennæ tormentis subiectus, peccati seruus, atque innumeris miserijs circumdatus, quæ omnes per Christi merita propulsatæ, sub nomine redemptionis comprehendi queunt. De his ad animarum fidelium consolationem sub breuibus & pijs considerationibus hoc capite agemus.

I.
 DEVS noluit hominem lapsum perire.

CONSIDERA igitur primò, quomodo DEVS posteaquam in mundi exordio hominem ad imaginem & similitudinem suam condidisset: gratijs & priuilegijs innumeris dotasset & exornasset: æternæ gloriæ & summi gaudij sui capacem reddidisset: cum videret illum per peccatum perire, noluit

noluit pati, opus manuum suarum tam admirabile in ruinam præceps ire, quia ut S. Athanasius rectè ait: *Indignum erat bonitati DEI, si, qua ab ipso creata sunt, in interitum abirent.*

SECUNDO expende DEVM tempore appropinquante, quo ruinas hominis in duram peccati seruitutem prolapsi, reparare & restaurare decreuerat, misisse vnigenitum Filium suum, teste Apostolo cū ait: *Vbi venit plenitudo temporis, misit DEVS Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret: Vbi Apostolus tempus illud, quo DEVS Filiū suum ad humani generis redemptionem misit, appellat plenitudinem temporum, propter bona & gratias inestimabiles quas in illo nobis communicauit: quia ut S. Leo Papa testatur, in illo restituit nobis omnia, & multò plura quàm in Adamo per vafritiem & artes maligni hostis perdidimus: Ampliora, inquit, adepti sumus per ineffabilem Christi gratiam, quàm per diaboli amiseramus inuidiam.*

TERTIO reuolue tecum, proprium esse solius diuinæ bonitatis, conseruare omni tempore gregem humani generis ne perdatur: atque idcirco cū esset summè bonus, misit eximium quendam pastore, Vnigenitum videlicet Filium suum Dominum

II.

DEVS ut hominem redimeret Filium misit.

Gal. 4.

Serm. 1. de Ascens. Dom.

III.

Proprium est diuinæ bonitatis hominem saluare.

In adhort.
ad gentes.

minum nostrum, qui illum custodiret
tueretur; uti rectè notat Clemens Alexan-
drinus, dicens: *Deo semper est propositum sal-
uare gregem hominum, & ideo bonum patitur,
bonus misit Deus.*

IV.

Homil. 10.
in Ioan.
SOLUS DEVS
lapsus no-
strum pote-
rat repara-

QVARTO considera adeò grauem fuisse
se lapsum humanæ naturæ uti S. Chryso-
stomus affirmat, ut restitui & in primo suo statu
collocari, nisi ab illa potentissima manu,
quæ à principio eam formauerat, non
potuerit: Ut etiam Sanctus Ambrosius testatur,
nos saluari neutiquam potuisse, nisi vnigenitus
DEI Filius mortem pro nobis oppeteret: *Tantum,*
inquit, *fuit peccatum nostrum, ut saluari non possemus,*
nisi vnigenitus Filius DEI moreretur pro nobis. Cuius
igitur infirmitas nostra adeo intrinseca
et inuisibilis esset, opus nobis erat eximio et
potenti medico: hic autem alius esse non poterat,
quàm DEI Filius, qui non tantum ad nos curandos
venit, verum etiam medicinam detulit, imo assumpsit
in se omnes ægitudines nostras, & factus infirmus,
medicinæ amaritudinem, id est mortis supplicium
exhauserit, ut nos sanitatem adipisceremur: *De
liuore eius sanati sumus.* Vnde Sanctus Augustinus
ait: *Fortitudo Christi te creauit, infirmitas Christi
te recreauit: fortitudo Christi*

In Epist.
ad Hebr.

14. 53.

si fecit, ut quod non erat, esset: infirmitas Christi fecit, ut quod erat, non periret.

QVINTO expende tecum, quomodo Christus videns peccatum esse præcipuam causam & originem omnium nostrorum malorum, idque tam altas in mundo radices egisse, ut nullus inueniretur in humano genere, qui illo infectus non esset, dicente Dauide: *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*: Et Esaia: *Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit*: tentauit aduentu suo illud profligare, & hominem ab hac seruitute, si vellet, liberare. Hoc autem secundum Diuum Thomam fecit dupliciter. *Primum*, quia Passione sua, ad amorem nos prouocauit, iuxta illud Apostoli: *Commendat autem Deus suam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus mortuus est pro nobis*: ab amore autem in nobis excitato, sequitur peccatorum venia, quemadmodum in Maria Magdalena patet, de qua Saluator apud Lucam ait: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Deinde ut idem Doctor ait, liberauit nos Christi passio à peccatis nostris per modum redem-

V.

Peccatum est origo omnium malorum nostrorum.

Psal. 54.

Isai. 53.

Christus aduentu suo liberauit hominem à seruitute peccati.

3. P. 94. art. 1.

Rom. 5.

Luc. 7.

Quot modis Christus

nos libera-
uit à pecca-
to.

Tit. 2.

1. Ioan. 2.

Serm. 6. de
Pass.

VI.

Sanguine
Christi ho-
mo ab om-
nibus pecca-
torum ma-
culis abla-
tus fuit.
Apo. 1.

Isai. 1.

demptionis, quia cum ille sit caput no-
strum, per passionem, nos membra sua re-
demit, exoluens pro nobis pretium, quod
pro peccatis nostris debebamus. Ad hoc
optimè dicat S. Paulus Apostolus. *Christus
dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret
omni iniquitate.* Et S. Ioannes: *ipse est propiti-
us pro peccatis nostris, non pro nostris tantum
sed etiam pro totius mundi.* Vnde S. Bernar-
dus latè fuseque probat, tria peccatorum
genera, quæ in mundo erant, per Christum
quantum in ipso erat, deleta fuisse, nimirum,
originale, personale quod quoties
admittitur, & singulare quod Christi cre-
cifixores designarunt.

SEXTO expende tecum sanguine Chris-
ti sacratissimo ita hominem ab omnibus
peccatis mundatum & purificatum fuisse, ut
non remanserit in eo vlla vel minima pec-
cati labes Sæcto Ioanne teste, qui ait. *Chris-
tus dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris
in sanguine suo: imò quod maius est, fecit
nobis balneum tanti pretij & valoris, ut
homine peccata sua in illo intingente ac
demergente, sicuti scriptura affirmat, etiam
si coccino & vermiculo rubicundiora, ali-
est, turpissima & immanissima sint, tamen
sanguine Christi lota, niue ac lana candi-
diora & nitidiora futura sint: Si fuerint
peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealba-
bitur.*

buntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana alba erunt.

SEPTIMO reuolue tecum, Christum Redemptorem nostrum passione & morte sua, non tatum ab omnibus peccatis nos liberasse ac mundasse, verumetiam ab æternis inferni pœnis illis debitis, & ex parte à temporalibus nos vindicasse: eo videlicet modo, quo Sacri Doctores docent, & nos in ijs, quæ sequuntur considerabimus, iuxta doctrinam S. Pauli Apostoli his verbis comprehensam: *Delens quod aduersum nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci.*

Sex maledictiones dictauerat DEVS, in hominem propter peccatum, sub quibus omnes pœnæ, & miseræ huius vitæ cõtinentur: Christus autem in Cruce moriens sententiam hanc & processus contra nos institutos decidit, nosque ab his maledictionibus & pœnis exemit, illasque in se deriuauit: sic enim multi interpretantur locum illum Psalmistæ. *Qua non rapui, tunc exolebam*, id est, tẽpore Passionis meæ, ea ad quæ obligatus nõ eram lui, & pro criminibus quæ non admisi, satisfeci: hoc autem Christus fecit cum excessu nimio, vsque adeò vt quod nobis, in pœnam & castigationem lapsus nostri

E c impo-

VII.

Christus liberavit nos à pœnis omnibus peccato debitis.

Sex maledictiones incurrit homo per peccatũ, quæ omnia mala presentis vitæ in se cõtinentur.

Psal. 68.

impositum fuerat, modò velimus, in premi-
um & meritum nobis cedere valeat.

**Maledictio
prima.**

Gen. 3.

Considera igitur, *primam* maledictio-
nem quam DEVS homini propter pec-
tum imprecatus fuit, hanc esse: *Maledicta
terra in opere tuo*: in qua maledictio
DEVS non modo terræ, quæ ab homine
lenda & subigenda erat, maledixit, verum
etiam ipsimet homini qui formatus est
de terra. Christus verò ut à maledictione
hac nos vindicaret, assumpsit eam in se
iuxta illud Apostoli: *Christus redemit nos à
maledicto legis, factus pro nobis maledictus*.

Galat. 3.

Secunda.

Secunda fuit: *spinas & tribulos germinavit
tibi*: debebat ergo per hanc maledictionem
terra spinas & tribulos, id est, ærummas
tribulationes ac misérias producere: hoc
postquam Christus in Passione sua
nis coronatus fuit, non modo dicere po-
sunt per illū ab hac maledictione nos libera-
ptos, multisque consolationibus repletos
esse, verum etiā, terram nostrā fertilē re-
ditā fuisse: *Terra nostra dedit fructum suum*.

Psal. 84.

Tertia.

Tertia fuit, *In sudore vultus tui vestisti
ne tuo*, per quam necessarium erat, ut ho-
mo vitæ sustentandæ causā laboraret &
sudaret. At vide quā pulchrè Christus
hanc in se maledictionem assumpserit, quia
non contentus sudasse sudorem aliorum
hominum ordinariū, voluit sanguinā

quoque sudorem sudare. *Et sudor eius sicut gutta sanguinis.* Luc. 22.

Quarta maledictio speciatim in mulieres prolata fuit: *In dolore paries filios tuos:* oportebat ergo, foeminam parturientem acerbissimos dolores perpeti: at quantò acerbiores fuerunt dolores quos Christus toleravit, quando in cruce nos parturiuit?

Quinta maledictio, quæ etiam speciatim ad sexum muliebrẽ pertinet, fuit: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui:* magnũ malum mulieri est, esse viro subiectam, quãuis vir ei utilis sit, quoniam efficit illã probam, amat, & compatitur: At Christus in vicem huius subiectionis & seruitutis, nõ tantũ subiecit se viro ac mulieri, id est, Iosepho & Matri suã, qui ei benè volebãt, dicente Euangelista: *Et erat subditus illis,* Luc. 26. rum etiam ferocissimis ministris, & ipsi omnium truculentissimo cacodæmoni, vnde ait: *Hac est hora vestra, & potestas tenebrarũ:* Ibid. 22. qui capitali eum odio persequebantur, & nihil aliud quærebant, quàm omnibus eũ supplicijs excruciatum sine vlla compassione trucidare.

Sexta maledictio communis vtrique, viro ac mulieri, fuit: *Morte morieris,* per quam homini mors subeunda erat, verum adueniente naturali mortis suæ tempore. At Christus vt vitam & im-

mortalem vitam nobis conferret, nō modo naturale tempus moriendi expectant, assumendo in se simpliciter mortem: sed voluit etiam perpeti mortem violentam eamque omnium quæ in mundo reperiri posset crudelissimam.

Christus
omnia mala
& miseras
nostras in se
assumpsit.

Isai. 53.

Liberavit igitur Christus hominem a omnibus malis & maledictionibus, quibus per peccatum obnoxius factus fuerat, deriuando illas in se, vt propterea rectè dixerit: *Verè languores nostros ipse portauit, & dolores nostros ipse portauit.* Ipse enim omnium laborum nostrorum graue pondus sustulit, atque omnia mala & maledictiones nostras in se assumpsit. Vnde beatus Leo Papa super illis verbis Christi

Ioan. 12.

Saluatoris: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum*, inter omnia illa intelligit quoque pœnas peccatis nostris debitas: *Omnia*, inquit, *traham ad me ipsum, id est, omnem causam generis humani agam in me: omnis infirmitas sanabitur in me: omnis plaga sanabitur.*

Serm. 6. de
Pass.

VIII.

OCTAVO considera Christum ad hoc pati voluisse, vt hominem in æternæ beatitudinis possessionem reduceret, & cœlestium portas ei referaret. Videbat enim hominem in deserto huius mundi degenere, proscriptum à cœlesti Paradiso, spoliatum gratiæ thesauris, æternæ gloriæ

rifdictione priuatum, publicatum & infamatum apud omnes creaturas terrenas & cœlestes, pro capitali hoste DEI, cum obligatione æternorum tormentorum iuxta illud Psalmistæ: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Christus autem passione sua, hominem in pristinum statum collocauit, imo per eam multò excellentiorem ei gloriam acquisiuit, maioriq̃ue in dignitate quàm per peccatum amiserat, illum constituit; quoniam in abaco sanctæ Crucis, non modo abundanter vti suprâ dictum est, pretium redemptionis illius numerauit, verumetiam saccum diuinorum thesaurorum suorum conscidit, teste Dauide dicente: *Conscidisti saccum meum, & circundedi me latitia:* per quem saccum intelligitur sacra Christi humanitas, *in qua erant omnes thesauri sapientiæ & scientiæ DEI absconditi.* vnde factum est, vt homo abundè didatus, & inæstimabili honore & gloria repletus fuerit.

Psal. 48.

Psal. 29.

Coloss. 2.

Considera præterea adèd ingentè fuisse bonitatis & misericordiæ Christi in sancta Cruce excessum, vt in veros filios etiam nos adoptauerit, & capaces veræ filiationis DEI reddiderit, S. Ioanne dicente: *Dedit eis potestatem filios DEI fieri.* imo

Per passionē Christi in DEI filios adoptati fuimus.

1oan. 1.

Ee 3 tam

tam sublimiter thesaurorum diuinitatis gratiæ, & meritorum suorum participes nos effecit, vt etiam Deos & excelsi Filios nos appellare non dubitauerit: *Ego dixi, & Filij excelsi omnes*. hinc d. Paulus rectè argumentatur. *Si filij sumus, & heredes, hæredes quidem DEI, cohæredes autem Christi.*

Psal. 81.

Rom. 8.

Christus passione sua portas regni celestis aperuit.

Heb. 9.

Quæ sit compendiosissima semita ad beatitudinem.

Matth. 16.

Expende ergo, quod cum Christus DEI hæredes, & suos cohæredes constitisset, necessarium erat, vt cælorum portam quæ propter peccatum obfirmata manserat, nobis reseraret. Hanc autem Saluator per passionem aperuit. Sancto Paulo attestante cum ait: *Christus assistens Patri futurorū bonorū, per proprium sanguinem intravit semel in sancta, aeterna redemptione intravit, id est, cum esset Christus Pontifex futurorum bonorum, ingressus est ipse primum æternam hæreditatem pretio sanguinis sui recuperatam, per quem nobis quoque purgatis, omnia sustulit impedimenta, quæ semitam ad illam perducere obstruebant. Neque solum Christus paradisi portam nobis reserauit, verum etiam instruxit nos, quæ esset verissima & compendiosissima semita pertingendi ad æternam gloriam, videlicet, semita S. Crucis. Ipse namque ait: *Qui vult venire post me, tollat crucem suam & sequatur me.**

Hinc
tro,
cutu
dire
diso.

V
quan
æstin
ni, q
scele
man
mun
lum
gular
sua il
ferne
nibu
grati
adeo
to p
gnu
fi

Hinc

Hinc quoque factum est, quod bonus latro, qui Christum per crucis semitam secutus fuerat, vocem illam suauissimam audire meruerit: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Luc. 23.

Vbi considerare potes fidelis anima, quanto Christus in honore, quantaque in æstimatione Crucem habeat: quia latroni, qui vsque ad finem vitæ suæ, omnium scelerum impuritatibus contaminatus manserat, cuique aliud nihil præter vltimum spiritum supererat, cum cerneret illum Crucis suæ socium, fauores adeo singulares contulit: Primum enim merita sua illi applicauit, & à peccatis atque inferno illum vindicauit: deinde ab omnibus Purgatorij pœnis eum exemit; tum gratiam adeo copiosam & satisfactionem adeo efficacem ei contulit, vt in momento post mortem illum æterna gloria dignum effecerit, sine vllius pœnæ perfectione: denique duxit illum secum in regnum suum pro socio inseparabili.

DE TERTIA CAUSA FINA

li propter quam Christus passus est:

nimirum imperium huius

mundi Satana au-

ferret.

CAPVT IV.

CONTULERAT Deus homini totum
vniuersi imperium, illumque totum

omnium dominum constituerat:

exta illud Dauidis: *Omnia subiecisti sub pedibus eius:* at ille peccando non tantum

perdidit omnibus, quæ liberaliter ei Deus

impertiuerat spoliari, verum etiã diabolo à quo superatus fuerat subijci: non quod

DEVS concederet diabolo perfectum hominis creaturæ atque facturæ suæ, domi-

nium, sed (quemadmodum Theologi de-

clarant) quod relinqueret illum eadem

in ipsius potestate, vt eum puniret, tentaret, variaq; in via salutis impedimenta

obijceret. Christus autẽ Passione ac morte sua genus humanum ab hac subiectione

vindicauit.

Psal. 8.

Qua ratione
homo sub-
iectus fue-
rit diabolo.

I.

Quam ingens
& vniuersa-
le fuerit
imperium
Satanæ.
Iob. 1.

PRIMO igitur considera: quam duram

& ingens fuerit Satanæ in mundũ imperium

propter Adami transgressionem: quam

vniuersale: quia gloriabatur vniuersam

terram sibi subiectam esse: *Circuui terram*

& perambulauit eam.

SECV

SECVNDO expende tecum, quam potens fuerit diabolus: quandoquidem ipse Christus appellat eum fortem armatum. *Cum fortis armatus custodit atrium suum.* Et S. Iob testatur non esse potestatem supra terram, quæ possit ei comparari. Hinc est, quod S. Paulus Apostolus volens potentiam illius exaggerare ait: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundirectores, tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus.*

II.
Diaboli potestata quantata.

Luc. 11.

Iob 41.

Ephes. 6.

TERTIO reuolue tecum, quam fraudulenter tartareus hic hostis, maximam hominum partem sub sua signa pertraxerit, circumueniendo nos speciatim, per superbiam vitæ, desiderium terrenarum opum, & effrænes carnalium voluptatum concupiscentias, & potentissimis his laqueis etiam cautissimos quosque illaqueando: vsque adeo vt S. Ioannes exclamet: *Totus mundus in maligno positus est: id est, omnia corrupta sunt, & mundus vniuersus deceptionibus, iniquitatibus ac fraudibus refertus est.*

III.
Quantæ fuerunt fraudes diabolici.

1. Ioan. 5.

QUARTO considera, diabolum non modo hominis dominium, verumetiam diuinum cultum, qui soli DEO debebatur, sibi usurpasse: effecisseque vt pro DEO, in omnibus penè mundi partibus,

IV.
Diabolus totum mundum idololatRIA repleuit.

Ec 5 quas

quas idololatria repleuerat, adoraretur quemadmodum ex sacris & prophani-
 teris erui potest: adeò, vt etiam non-
 li velint CHRISTVM apud Ioannem
 propterea diabolum, mundi principem
 appellasse: *Nunc princeps huius mundi*
cietur foras: quasi non inconueniente
 mundi princeps nominari possit, qui
 maiore illius parte pro DEO colen-
 tur.

Iohan. 12.

V. QUINTO expende tecum, diabo-

Diabolus in
 iustorū quo-
 que animas
 in Limbo
 constitutas
 dominium
 exercuit.

Genes. 37.

Iob 14.

lum non modo habuisse dominium, &
 potestatem in peccatores, sed etiam
 quo modo in iustos eandem potestatem
 exercuisse in Limbo; quo in loco aliqui
 ex parte dominabatur: non vt iustorum
 animas torqueret, sed velut carcere con-
 clusas retineret, quousque pro peccato,
 quod vniuersa humana natura in Ad-
 mo contraxerat, satisfaceret. Hinc et
 quod in diuinis libris, locus ille, in
 quo sancti Patres ante Christi mortem
 detinebantur, nonnunquam appellatur
 infernus. Vt in Genesi, vbi Iacob Pa-
 triarcha ait: *Descendam ad filium meum*
lugens in infernum: Et sanctus Iob re-
 quit. *Quis mihi tribuat, vt in inferno*
regas me? Aliquando vero nomen
 carcer, eo quod iustorum animas illic
 clausæ detinebantur, donec per Christi

sanguinem in libertatem assererentur: vt in Zacharia legimus: *Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua.* Dauid quoque Propheta, cum dicit, Dominum ad caelos ascendentem, captiuam duxisse captiuitatem, aperte ostendit, potestatem, quam in animas iustorum diabolus habuit, quamdiu eas in obscuris Limbi carceribus vinctas & conclusas retinuit.

SEXTO reuolue tecum, quomodo **CHRISTVS** Seruator noster, cum videret tartareum hunc tyrannum vniuerso penè mundo imperare: & esse adeo potentem, vt nulla persona creata ei resistere valeret, iuxta illud. *Non est potestas super terram, qua comparetur ei: in hunc mundum venire voluisse, vt sanctissima Passione & morte sua regnum eius & vniuersam potentiam & dominium illius in homines euerteret: Sancto Ioanne attestante, cum ait: *In hoc apparuit filius DEI, vt dissoluat opera Diaboli.**

VI.
Christi passione sua destruxit imperium Satanae.
Iob 41.

SEPTIMO considera **CHRISTVM** morte sua non tantum superasse diabolum, & omnem fortitudinem, mundi que imperium illi ademisse: verum etiam omnes

VII.
Christi spoliavit diabolum imperio & pre-

Et sua duobus modis.

Ioan. 12.

Aug. lib. 13.

de Trinit.

Christus vincit ac spoliavit diabolum primo per viam iudicij.

omnes iustorum animas, quas in Limbo captivas detinebat, abstulisse: atque in eum catenis atque compedibus vinculis, vt deinceps nemini nocere valeat, nisi spontè illi se in prædam offerat. Hoc autem Christus effecit duobus modis. Primo per viam iudicij, quemadmodum apud Ioannem ait: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras*: hoc autem iudicium iustissimè perfectum fuit, nam (vt rectè notat S. Augustin.) quia diabolus sine vlla causâ Christo vero mundi Domino necem machinari & inferre ausus fuerat: iustum erat, vt opulentis cuius sanctarum animarum, quas in obliuionis Limbi carceribus cõstrictas retinebat, spoliaretur: *Iustitia Christi*, inquit ille, *est: et vitus est diabolus, quia cum in eo nihil meriti dignum inueniret, occidit eum tamen: Et vitus iustum est, vt debitores quos tenebat, liberi dimitterentur, in eum credentes, quem sine debito occidit*. Sanctus Paulus quoque de hoc iudicio loquens, quo Christus diabolum in tribunali S. Crucis condemnauit, dicit, eum assumpsisse scripta, quibus continebantur omnes debitorum & peccatorum nostrorum processus, nec non precepta ad quas DEVS nos condemnauerat, atque castigationes quibus in nos animaduertuerat, eaquè cõscindens affixit Cruci, quem-

admo-

admodum patet ex verbis sancti Pauli pre-
cedenti capite citatis: *Delens chirographum,* Coloss. 2.
&c. Porro multò expressius idem confir-
matur testimonio Christi apud Ioannem: Ioan. 16.
vbi de Spiritu sancti post suam in cælos
ascensionem aduentu ad discipulos lo-
quens, dicit eum venturum ad arguendum
mundum de peccato, iustitia & iudicio,
cuius iudicij statim rationem hanc subij-
cit: Quod princeps huius mundi, id est,
diabolus, iam iudicatus sit: *De iudicio au-
tem, quia iam princeps huius mundi iudicatus
est.*

Deinde, effecit idem per viam certami-
nis & duelli, cuius expressa figura fuit Secundo per
viam certa-
minis ac
duelli.
duellum illud quod in libris Regum Da-
uid cum Goliath gigante gessisse legitur:
vbi dicit scriptura, Dauidem noluisse ar-
mis Saul protectam configere, sed assum-
psisse baculum & peram, & quinque lim-
pidissimis lapidibus è torréte selectis, ob-
uiam prodijisse giganti, eumque funda in
fronte percussum prostrauisse, & proprio
gladio caput ei detruncasse. Ita Christus Figura vi-
ctoriæ Chri-
sti contra
dæmonem.
per Dauidem figuratus, in hoc cum demo-
ne conflictu, noluit eum aggredi armis
sue diuinitatis ac potentie: sed in nostræ
humanitatis infirmitate. Assumpsit autem
baculum pastoralem, id est, sanctam Cru-
cem in manus, & quinque limpidissimos
lapi-

lapides, id est, quinque sacratissima vulnera ex torrente infinitæ charitatis suæ, quibus Goliath, id est, dæmonem in capite feriens, ad terram prostravit, quia patientia sua illum confudit ac proffigavit. Ceterum sicut David giganti caput suo gladio præcidit, ita Christus quoque gladio diaboli, qui erat mors, caput eius præcidit, quemadmodum Dominus per Prophetam futurum prædixerat, dicens: *mors ero mors tua, morsus tuus ero Infernus*. Vbi considera, in hoc verificatum fuisse illud Christi apud Lucam dicentis: *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace introibit omnia que possidet*. Diabolus namque ante Christi adventum in pace degebat, vniuersam terram quietè perambulans, nemini illi fastidium aut molestiam adferenti, sicut S. Petrus Apostolus ait: *Circuit querens quem deuoret*: atque pacificè, omnes viuos & defunctos, etiam iustorum animas in Limbo existètes, vti supra dictum est, sub suo cõtinentis imperio, per vniuersas mundi partes adorabatur, nec vllus locus erat quo non penetraret, etiam vsque in Synagogam electi populi DEI. At Christo fortiore superueniente superatus est, atque arma in quibus confidebat, ei ablata & spolia distributa sunt: quemadmodum in supra dicto S. Lucæ loco Christus subiungit

Ose. 13.

Luc. 11.

1. Pet. 5.

CONSIDERATIO V. 443

Cum autē fortior eo superueniens vicerit eum, *Luc. 11.*
 vniuersa arma eius auferet, in quibus confide-
 bat, & spolia distribuet.

Expende tecum, arma diaboli, quibus in-
 numeros homines interimebat, & in In-
 fernū præcipitabat, fuisse idololatriā, ina-
 nes sciētias, & falsā philosophiā: qui enim
 res diuinas, sola ratione naturali, vt hereti-
 ci faciunt, metiuntur, ab illis veluti ab ar-
 mis hostilibus feriūtur atq; interimuntur.

Hæc autem Christus abstulit, per lumē fi-
 dei, quo boni & veri Christiani simplici-
 ter sine vllis philosophicis demōstrationi-
 bus, ei credunt atq; illū suscipiunt, quē ad-
 modū S. Paulus Apostolus his verbis do-
 cet: *1. Cor. 1.*

Non multi sapientes secundū carnem, non
 multi potentes, non multi nobiles: sed que stulta
 sunt mūdi, elegit DEVS, vt cōfundat sapientes:
 & infirma mūdi elegit DEVS, vt cōfundat for-
 tia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit
 DEVS, & ea, qua nō sunt, vt ea qua sūt destrue-
 ret. Hoc autem DEVS ita fieri voluit, quia

placuit ei p̄ stultitiā prædicationis saluos facere
 credētes. Cōsidera ergo, Christū in S. Cru-
 ce dæmonē vicisse, atq; illū omnib⁹ armis
 & spolijs opulētis, ab illo iniustē hactenus
 retētis, spoliasse, & sūmo cū honore & glo-
 ria de illo triūphasse, quē ad modū S. Paul⁹
 Apostolus pulchrè declarat, his verbis: *Ex- coloff. 2.*
 spoliās principat⁹, & potestates, traduxit cōfidē-
 ter, pa-

Christ⁹ spo-
 liauit dia-
 bolum ar-
 mis suis.

1. Cor. 1.

Ibidem.

Christus
 triumphauit de dæ-
 mone.

coloff. 2.

ter, pa-

ter, palam triumphans in semetipso: In quibus
 verbis sancti Pauli, Christiane lector, con-
 templare gloriosum triumphum, quem
 Christus de diabolo capto ac superato
 tulit. Sicut enim Rex aliquis siue Pro-
 ceptus, propter singularem victoriam, de
 lio potente principe partam, triumphatur
 illū ante currum suū triumphalem, in
 mancipij ligatum, & tanquam præcipuum
 maximi valoris ad aliorum exemplum
 circumducit, vt cæteri imperium suum
 ceptare, & potentiam extimescere discant
 ita Christus quoque, obtenta contra dia-
 bolum victoria, non modò in fugam
 lum coniecit, atque armis & dominio
 ius mundi priuauit, verum etiam de illo
 triumphans ante currum suum triumphalem,
 id est, ante Crucem prorsus humiliatum,
 & instar mancipij, catenis onustum
 atque in seruitutem & potestatem suam
 redactum circumduxit, vt omnes eandem
 pœnam & ignominiam pertimescerent
 Hoc significare voluit per Abacuc Pro-
 phetam dicentem: *Ante faciem eius in-
 mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.*
 Neque tantum Christus de Lucifero do-
 monum principe triumphauit, verum etiam
 iam de omnibus eius affeclis, qui potestatem
 suam in viuos & mortuos exercebant,
 quos virtute fortitudinis & potentie
 tanquam

Abac. 3.

tanquam triumphator instar feruorum
 catenis constrictos post se traxit: *Qui edu- Psalm. 67.*
cit victos in fortitudine, similiter eos, qui ex-
asperant, qui habitant in sepulchris:

Solebant præterea triumphatores præ-
 dam in victorijs partam secum adducere,
 ita quoque Christus duxit secum prædam
 opulentissimam ac pretiosissimam multa-
 rum sanctarum animarum, vti S. Paulus
 Apostolus testatur: *Ascendens Christus, in Ephes. 4.*
altum captiuam duxit captiuitatem.

Ingredientibus adhæc triumphatoribus
 urbem regiam, ad maius populi gaudium,
 & triumphi celebritatem, nummi per pla-
 teas spargi, & ampla vniuerso populo do-
 na conferri solebant. Idem fecit Christus
 in suo triumpho: quia regiam urbem cæ-
 lestis Hierosolymæ introiens, multa &
 amplissima dona in omnes homines effu-
 dit: nam idcirco subiungit idem Apосто-
 lus: *Dedit dona hominibus.* *Ibidem.*

Considera hunc fuisse gloriosum illum
 triumphum, quem Christus per S. Crucem
 suam de diabolo reportauit; quo domi-
 nium & imperium Satanæ adeo debilita-
 tum atque destructum fuit, vt cum prius
 per omnes mundi partes extenderetur,
 nunc econtrariò, per vniuersum terra-
 rum orbem sanctæ Crucis arbor planta-
 ta sit: ad cuius solum aspectum pudu-
 Ff bun-

Rupert. Abb.
lib. 3. in Gen.
cap. 19.

bundus fugam capessit. Porro hæc virtus
ria, vti Rupertus Abbas obseruat, tanto
fuit gloriosior, quantò Christus diabo-
lum vicit, non fraude, neque ficta amicitia,
quemadmodum serpens mulierem
supplantauit: sed inuicta fortitudine
campo patenti, & certamine manifeste.
Adhæc cum prius esset adeò ingens
monis potentia, vt nemo illi posset resistere:
post passionem Christi virtute, etiam
debilissimæ ac simplicissimæ virgines,
illo gloriosè triumpharunt, illique turpiter
illuserunt: Vnde S. Iob ait: *Nunquid illu-
dus ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis,*
vel vt legunt septuaginta. *aut ligabis eum
tanquam passerem puero,* quibus verbis in-
nuitur, Diabolo à seruis DEI ita illudendum
esse, sicut puer passeri filo alligatus
ludit, quem ad iocum & oblectationem
veluti infirmum & nullarum virium ma-
nu circumfert.

Iob 40.
Dæmon illu-
sus fuit à
sanctis.

Insuper cum prius maximam mundi
partem fraudibus & dolis circumuenisset,
modò per merita Passionis Christi, de-
tectæ sunt ipsius astutiæ: nam propterea
Christus ait: *Eccè dedi vobis potestatem
candi super serpentes & scorpiones, & non
per omnem virtutem inimici, & nihil volu-
cebit.*

Luc. 10.

Denique cum prius adeò intolerantia
ellet

esset ipsius arrogancia, vt per vniuersum ferè terrarum orbem pro D E O se sineret adorari, & terra ei non sufficiente, eundem sibi in cælis cultum exhiberi affectaret, quemadmodum confessus fuit dicens: *In calum conscendam, super astra D E I exaltabo solium meum:* modò per vniuersum penè mundum pro rebeli & inimico D E I cognoscitur & expellitur.

Superbia
dæmonis
profligata.

Isai. 14.

Ad extremum in confirmationem singularis huius victoriæ, quam Christus per sanctam Crucem suam de diabolo retulit. Considera nobilissimam illam sancti Leonis Papæ sententiam, qua testatur, dæmonem non præuidisse, quod Christum interimendo regnum suum euersurus esset, ait enim. *Neque ipse itaque diabolus intellexit, quòd sauiendo in Christum, suum destrueret principatum: quod antiqua fraudis iura non perderet, si se à Domino I E S V sanguine contineret: sed malitia nocendi avidus, dum irruit, ruit; dum capit, captus; & dum persequitur mortalem, incidit in Saluatorem.*

Diabolus
dū in Christum
irruit,
sibi metipsum
nocuit.

Serm. 9. de
Pass.

Fuit ergo diabolus victus & profligatus, & illa ipsa arma, quibus Christo vitam adimere cogitabat, videlicet clauis, qui manus & pedes Saluatoris transfixerunt, perpetuis eum vulneribus fauciarunt, sicut idem sanctus Leo Papa alio in loco affirmat dicens: *Clauis illi quidem,*

Serm. 10. de
Pass.

Ff 2 qui ma-

qui manus Domini, pedesque transfoderunt,
perpetuis diabolum fixere vulneribus: & san-
ctorum pœna membrorum, inimicorum suorum
terfectio potestatum.

Reliquum est Christiane lector, ut
cum ipse diligenter perpendas, infinitam
obligationem, qua Domino & Redem-
ptori tuo deuinctus es, qui non modo
peccata omnia tibi condonare, & pro-
lis abundanter satisfacere dignatus est,
verumetiam ut Apostolus ait, à crudeli Sa-
tanæ tyrannide, cui miserè subiectus eras,
liberare voluit: *Qui eripuit nos de potestate
tenebrarum:* idque ut ab hoc iugo liber, ad
DEI gratiam & felicem illius seruitutem
amplectendam, expeditior esses.

coloss. 1.

DE QUARTA CAUSA Fi-
nali propter quam Christus passus est,
qua fuit ut S. Ecclesiam suam
adificaret & exor-
naret.

CAPVT V.

QUAMquam æternus & immortalis
DEVS, in seipso adeo perfectus &
beatus esset, ut extra se nulla re ad comple-
mentum indigeret, erat nihilominus val-
de conueniens, ut homines ab illo condi-
ti, atque in hoc mundo collocati, car-
que

quadam & benè ordinata methodo concurrerent atque conuenirent ad cultum & honorem, quem à creaturis ratione præditis, optimo iure potest exigere, illi deferendum; hic autem cultus sub nomine Ecclesiæ, quæ nihil aliud est, quam Congregatio fidelium comprehenditur. Porrò in hunc finem Christus pati, & proprio sanguine suo fundare & fabricare Ecclesiam voluit, vt ab electis suis ardentius amaretur, & coleretur: ipsi quoque in ea tanquam in benè prouisa & gubernata domo habitantes, maioribus meritorum & gratiæ opibus ditati ad securum æternæ salutis portum appellere valerent.

Quid sit Ecclesia.

I.

CONSIDERA igitur primo, si sapientissimus Salomon, posteaquam omnipotenti DEO templum Hierosolymis extruxisset ac dedicasset, in hæc verba prorupit: *Ergo ne putandum est, quòd DEVS verè* 3. Reg. 8. *habitet super terram? Si calum et cali calorum te capere non possunt, quanto magis domus hac quam adificauit? Multo maiori cum stupore & admiratione, animam piam contemplari debere, quòd idem DEVS non modò seruitium ab hominibus in terra acceptare & gratum habere dignetur; licet in se felicissimus & nullius rei indigens sit: verum etiam pro delitijs reputet habitare & conuersari cum illis; Delitia mea esse cum filijs* Prou. 8.

Ff 3 homi-

hominum. imo velit, vt hunc in hunc con-
gregentur & conueniant in vnum corpus
quod est Ecclesia. Vnde iuxta sancti Au-
gustini lectionem, S. Petrus ait: *Et vos
quam lapides viui coedificamini domum spiri-
tualem, id est templum DEI sanctum.*

In Psal. 121.
1. Pet. 2.

II.

Christus vt
nouam Ec-
clesiam edi-
ficaret pas-
sus fuit.

SECUNDO considera Dominum
Iesum in populo Hebræorum, Synagoga
elegisse, ei que ceremonias & ritus con-
tulisse, vt homo debitum sibi cultum atque
seruitium reddere posset: at cum cerneret
illam defecturam esse, non dubitauit in-
nitos dolores & cruciatus perpeti, vt pul-
cherrimum nouæ Ecclesiæ nostræ ædifi-
cium non materiale, sed spirituale, extrue-
ret; quæ per vniuersum terrarum orbem
diffundenda, & ex qua vberes fructus col-
ligendi erant, innumerorum martyrum,
virginum, confessorum, doctorum, allo-
rumque sanctorum, qui ex Synagoga col-
lecti non fuerant. Et propterea placuit
aliquo modo, quod Apostoli cogerentur
de loco in locum fugere, vt hac ratione
Synagoga separati, nomen suum in om-
nes mundi partes deferrent, & Euange-
lium cunctis gentibus annuntiarent, vt
quisquis fidem Christi suscepisset, & lu-
lari aqua lustratus fuisset, saluus fieret:
*Euntes in mundum vniuersum predi-
cate Euangelium omni Creatura, qui crediderit*

Marc. 16.

rit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qua in re verificatum est quod olim per Isaiam Prophetam DEVS prædixerat: *Mittam ex his, qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam & Lydiam: tendentes sagittam: in Italiam & Graciam, ad Insulas longè, & annuntiabunt gloriam meam gentibus.*

TERTIO expende tecum, quàm caram habuerit Christus Ecclesiam, qui pro illa fundanda & exedificanda acerbissimos dolores & tormenta, copiosâ cum sanguinis effusione perpeti, nec aliud eam initium & originem quam ex proprio latere suo habere voluit: nam ex illo, quâdo post mortem lancea transfixum fuit, Sacramenta, ex quibus formata fuit Ecclesia, profluxerunt. Testatur id S. Augustin. dicens: *Mortuo Christo lancea perforatur latus, ut supereffluent Sacramenta quibus formaretur Ecclesia.* Et multò expressius sanctus Cirillus, cum ait: *Vnus militum lancea latus eius compungit, qui illicò sanguinem simul, & aquam emisit, benedictionis mystica ac sancti baptismatis originem.*

Vbi considera Christum idcirco pretiosum sanguinem suum aqua remixtum nobis donare voluisse, ut significaret, morte sua multos in aquis baptismi saluandos: multos etiam fuso sanguine per hoc balneum salutem consecuturos esse. Vnde

Ff 4 S. He-

III.

Quantoperè Christus dilexerit Ecclesiam.

Lib. sent. 228.

In Ioan. cap. 39.

De mysterijs apertionis lateris Christi in Cruce.

In Epist. 83.
ad Ocean.

Lib. 13. com.
cap. 48. Isai.

Ezech. 47.

S. Hier. &
Dion. Car-
thus.

IV.
Figura Ec-
clesiæ.

Lib de An.
cap. 43. de
somno.

S. Hieronymus ait: *Latus Christi percussus lancea, & baptismi atque martyrii pariter fructuantur sacramenta.* Et alio in loco: *Latus lancea vulneratum aquis fluxit & sanguinem baptismum nobis & martyrium dedicans.*

Confidera præterea vulnus hoc lateris propter effectum quem in S. Ecclesia producturum erat, diuinitus prædictum habet se ab Ezechiele dicente: *Aqua descendens in latus templi dexterum.* Et paulò posterius: *Et ruerunt pisces multi satis, postquam venerint ad aqua ista & sanabuntur, & viuent omnia ad qua venerit torrens, & stabunt super illas pisces.* Namq; prophetia hæc à SS. Patribus de aqua Baptismi intelligitur, in illis enim peccata dimittuntur, & gratia salutiferæ ad recipiendam vitam & sanitatem nobis confertur.

QUARTO reuolue tecum, hanc adeo notabilem S. Ecclesiæ fabricam, quam Christus pretioso sanguine suo fundaturus erat, figuratâ & adumbratâ fuisse iam inde à mundi exordio in formatiõe Euæ ex Adami dormientis latere plasmata: quia sicut Somnus Adami figura fuit mortis Christi, sic Eua ex latere ipsius formata, figura fuit Ecclesiæ, quæ ex sacrosancto Christi in Cruce mortui latere, formanda erat. Vnde Tertullianus ait: *Si Adam Christum figurabat, somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mor-*

tē, vt de iniuria perinde lateris eius, vera mater
 viuentium formaretur Ecclesia. Idem alij SS.
 Patres affirmant. Sed multò clarius my-
 sterium hoc S. Paulus Apostolus his ver-
 bis patefecit: *Sacramentum hoc magnum est,*
ego autem dico in Christo & in Ecclesia: quia
 mysterium hoc, Eux de latere dormientis
 Adami formata, fuit magnum Sacramen-
 tum, & figura Christi in Cruce dormien-
 tis, quòd nimirum ex latere ipsius formā-
 da esset Ecclesia. Ea nihilominus inter fi-
 guram & figuratum fuit differentia, quòd
 ex Adamo, formata fuerit Eua sine vllò i-
 plius dolore ac molestia: verum ad for-
 mandam ex Christo Ecclesiam, necesse
 fuerit eum tot dolores & tormenta perpe-
 ti, vt vitam deserere debuerit.

Ruff. in ex-
 posit. Symb.
 apud Cypria.
 S. August.
 in Ioan.
 tract. 9.
 Rup. Abb.
 in Genes. lib.
 2. c. 37.
 Ephes. 5.

QVINTO considera S. Ecclesiæ pretio-
 so Christi sanguine fabricatæ, perpetuita-
 tem: quia vsque ad finem mundi perdura-
 tura est, nec vnquam deficiet, Christum v-
 nicum defensorem & propagatorem suum
 omni tempore secum habens, ipse enim
 dixit: *Ecce ego vobiscum sum, vsq; ad consum-*
mationem seculi.

V.
 Ecclesiæ
 perpetuitas.
 Matth. 28.

Similiter expēde stabilitatem & firmi-
 tatem illius: quia Christus eā virtute pre-
 tiosissimi sanguinis sui, supra solidissimū
 fundamentum, videlicet supra viuum la-
 pidem Petrum fundauit: *Tu es Petrus, & su-*

Eiusdem
 stabilitas.
 Idem 16.

Ff 5 per

per hanc petram fundabo Ecclesiam meam. mo fundavit eam supra duodecim solidissimos lapides, id est, duodecim Apostolos mysticè figuratos, in duodecim lapidibus, ex quibus altare Dei constructum fuit. Est autem adeo forte, stabile, & permanens hoc ædificium, ut nulla potentia humana vel infernalis illud evertere, & destruere possit, quemadmodum Christus affirmavit, dicens: *Et porta inferi non prevalerunt adversus eam.*

Deuter. 27.

Matth. 16.

Apostoli
sunt columnæ
Ecclesiæ.

Porro nova hæc Ecclesia fortissimè & nobilissimè fundata fuit: quia fundamenta eius, id est, Apostoli, non tantum in litteris, lapidibus solidissimis comparantur: verumetiam columnis marmoreis candidissimis ac robustissimis fundatis supra bases aureas, sicuti ait Sponsa in Canticis Sponsi sui pulchritudinem describens: *Crura eius columna marmorea super bases aureas.* Quid enim aliud sunt crura Sponsi, quam Apostoli Ecclesiæ columnæ, fundatæ supra bases aureas, per quas charitas designatur in qua Christus sanguine ac meritis passionis suæ, ita illos solidaverat, ut instar fortissimarum columnarum robore suo Ecclesiam sustentare possent: sicuti per prophetam ait: *Ego confirmavi columnas eius.*

Cant. 5.

Psal. 74.

SEXTO expende tecum, nobilitatem & dignitatē huius Ecclesiæ. Hæc enim est noua illa Hierusalem, quam S. Euangelista Ioannes in Apocalypsi de cælo descendētem vidit: *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, descendentem de cælo, à DEO paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.*

Contemplare præterea, quàm ingens sit dignitas & nobilitas eius: quandoquidē animæ fidelium in illa congregatæ, omnes sunt ciues, omnes sanctæ, omnes domesticæ DEI, nulla extranea. Vnde Apost. Paulus de illis ait: *Iam non estis hospites & aduena, sed estis ciues Sanctorum, & domestici DEI superadificati supra fundamentū Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu.*

SEPTIMO reuolue tecum, nouam hanc ciuitatem Ecclesiæ, vt S. Euangelista Ioannes testatur ornatam ac præparatam fuisse manibus DEI, ad differentiam Synagogæ: quamuis enim in Synagoga plurima legis Mosaicæ sacrificia, & nō pauci ritus essent: non tamen iustificabant, sed tantummodo figurabant, & demonstrabant nouam legem hanc spiritualem, perfectam, amoris & gratiæ, quæ sola iustos & sanctos nos efficit. Illa fuit lex timoris, iræ, seruorum, hæc autem filiorum & amicorum: *Non dicam vos seruos, Ioan. 15. sed*

VI.

Nobilitas & dignitas Ecclesiæ.

Apoc. 21.

Ephes. 2.

VII.

Quo modo differat noua Ecclesia à synagoga.

sed amicos: Illa appellabatur lex peccati & mortis, nec semper duratura erat: at hæc spiritus & vitæ, quam nulla alia secutura est, nisi cœlestis Paradisi fœlicitas: In illa antiqui Patres mâna, quod de cœlo pluit manducauerunt, & omnes mortui sunt: in hac quisquis verum & cœleste manna, id est, carnem Christi manducat, viuet in æternum: in illa denique populus Israeliticus per mare rubrum siccis pedibus transiit, sed pauci eorum ad terram promissionis pertigerunt: in hac omnes qui sanguinis Christi, sanctorum Ecclesiæ Sacramentorum beneficio pertransierint, securi ad terram promissionis perueniunt, id est, ad cœlestem Hierosolymam quam DEVS ipse cum sanctis suis inhabitat, & quam iusti quoque cum ipso in omni æternitatem inhabitabunt: hæc est enim vera illa arca Noe, quam qui incolunt, sibi salutem consequentur: At extra illam, ab aquis diluuij, quas ira DEI in peccatores effundet, nemo saluus esse valebit.

VIII.

Ecclesia quæ
sit pulchra
& ornata.

1. Cor. 12.

OCTAVO considera ornamenta inestimabilia, & ineffabilem S. Ecclesiæ, meritis Passionis Christi fundatæ pulchritudinem, neque enim alia sunt illius ornamenta, nisi illa, de quibus S. Paulus Apostolus loquebatur, cum ait: *Quosdam quibus posuit DEVS in Ecclesia, primum Apostolos, se-*

Secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Sunt igitur Prælati, Doctores, Prædicatores, & Pastores populi fidelis ornamenta S. Ecclesiæ, quia per illos veluti per causas secundas, DEVS electos suos gubernat & dirigit, vt fructus vitæ referre, & sempiternam salutem consequi valeant.

Porrò qualia fuerint ornamenta, quantumque nobilitas S. Ecclesiæ ostenditur in Regina illa de qua Regius Propheta loquens ait: *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Nihil enim aliud significat nobilissima hæc Regina, nisi S. Ecclesiam, dilectam Christi sponsam, quæ ad dexteram illius assistere dicitur, quoniam ab illo, singulariter amata, atque à potenti dextera ipsius incessanter protecta fuit. Dicitur etiam auro esse vestita & varietate circumdata, propter varias gratias & præclaras virtutes fidei, spei, iustitiæ, humilitatis, patientiæ, castitatis, atque alias dotès & excellentias filiorum ipsius, quæ velut totidem monilia prætiosa, vestem huius Reginæ Christi sponsæ adornant. Est autem vestis hæc aurea, vt significetur charitatis perfectio, sine qua nullum ornamentum est speciosum, & nulla virtus alicuius pretij.

Quæ sint ornamenta Ecclesiæ.
Psal. 44.

NONO

IX.

Ephes. 2.

Christus
pretioso sã-
guine suo
mundavit
Ecclesiam.

*Ibid.**Cant. 4.**Cant. 5. 6.*

Christus vt
Ecclesiam
decoraret,
omnem a-

NONO expende tecum, Christum pre-
voluisse, vt, quemadmodum S. Paulus A-
postolus ait, *exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam,*
non habentem maculam, neque rugam: nequa
fieri poterat, vt non esset talis S. Ecclesia
cum Christus illam tantoperè dilexerit
vt pro abluenda, sanctificanda, & munda-
danda illa, balneum pretiosissimi sangui-
nis sui præparauerit, quod ab eodem Apo-
stolo balneum vitæ appellatur: *Viriligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundans lauacro aqua in verbo ver-*

Vnde rectè in Canticis à Sponso tota
pulchra appellatur, *Tota, inquit, pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Ibidem
quoque à Sponso de illa dicitur: *Vna columba mea, amica mea, perfecta mea, immaculata mea.* Hæc enim illa est, quam pretiosis monilibus meritorum & sanguinis sui adoptauit, exornauit, decorauit. Vnde illa idem de se dicere potest, quod Beata Agnes, de sponso suo dixit: *Sanguis eius ornauit genas meas: dexteram meam & colum meum cinxit lapidibus pretiosis, tradidit auribus meis inestimabiles margaritas, & circumdedit me vernantibus, atque coruscantibus gemis.* Vbi considera, vt Christus Ecclesiam adeo speciosam, pulchram & gloriosam faceret, necessariū fuisse, vt ipse pro amore illius,

illius, totius pulchritudinis suæ in Passione & morte iacturam pateretur: vnde de illo S. Bernardus ait: *Ex toto non est ei species, neque decor, ut sibi speciosam acquirat Ecclesiam.*

miserit pulchritudinē. Sermon. 28. in Cant.

ULTIMO reuolue tecum S. Ecclesiam esse lapidem illum qui de monte abscissus, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram, quia dominium suum in vniuersas mundi partes extendit, iuxta illud Psalmistæ: *Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.*

X. Dan. 2. Psal. 71.


Eadem quoque est mulier illa, quam S. Ioannes vidit sole amictam, stellis coronatam, lunam sub pedibus habentem, atque ex consequenti vniuersum mundum, spōsi beneficio qui totum illi subiugauit, Psalmista dicente: *Coram illo procidēt Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Et adorabunt eū omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei.*

Amplitudo Ecclesiæ. Ibid.

Hæc denique est tabernaculum, quod DEO placuit inhabitare: & ciuitas illa euāgelica, quæ cum in fastigio honorum & excellentiarum constituta sit, fieri non potest, ut ab omnibus, non videatur.

Possem hîc multos quoque alios fines, propter quos Christ⁹ mortē subire voluit adducere, nisi illos de quibus hætenus actū fuit, pio Lectori sufficere putarē: præsertim cum in sequentibus duabus considera-

derationibus, in quibus de Passione Redemptoris nostri effectibus, deque fructibus ex eadem Passione colligendis tractatio instituenda erit, alij quoque elucidandi sint: quoniam ex effectu, intelligitur, qualis fuerit intentio, & ex fructu, qualis voluntas eius, qui beneficium constitat.



CONSIDERATIO

S E X T A.

DE EFFECTIBVS PASSIONIS AC MORTIS Christi.



*P*xpensis haecenus qualitatebus, circumstantijs, & conditionibus dolorum atque impiorum Dominica persequens ac necis, restat nunc, ut de effectibus eadem Passionis differamus, & contemmur summum honorem, quem per illum Christus Servator noster sibi acquisivit, & eximios triumphos quos retulit clarum praeterea principalium attritorum suorum quae in ea demonstrantur manifestationem. Quaequam enim ha-